

subducto angulo BDE a  $180^\circ$  angulus BDC remanebit, quem si 4) vna cum angulo BCE a  $180^\circ$  aufers, angulum DBC cognoscet (§. 149. 245. Geom. §. II.) & 5) latus BD, consequenter, quoniam in E est rectus, 6) BE inuenire poteris (§. 36. Trig.). Addita tandem instrumenti tui altitudine obseruatis cautelis (§. 18.), altitudo desiderata BA prodibit q. e. f.

E. g. sit  $BCE = 45^\circ$ ,  $BDE = 50^\circ$ ,  $DC = 17'$  instrumenti altitudo  $= 4'$  erit angulus  $BDC = 130^\circ$ ,  $DBC$  vero  $= 5^\circ$ .

$$\begin{array}{r} \text{Log. } DBC = 8.9402960 \\ \text{Log. } DC = 1.2304489 \\ \text{Log. } BCE = 9.8494850 \\ \hline 1.1.0799.3.39 \end{array}$$

Log.  $BD = 2.1396379$ , cui in tabulis respondet logarithmus  $137'$ , & si pedibus contentus esse nolles, modo quem Trigon. docet (§. II.)  $1379''$  inuenies. Ulterius

$$\begin{array}{r} \text{Log. sinus tot.} = 10.0000000 \\ \text{BD} = 3.1395643 \\ \text{BDE} = 9.8842540 \\ \hline \text{Summa:} = 130238183 \end{array}$$

Log.  $Be = 30238183$ , cui logarithmus proximus  $1056''$ . His si addis  $40''$  habebis  $AB = 1096''$ .

## COROLLARIUM.

§. 25. Sic fossae quoque vacuae in muro vel propugnaculo constitutus scire poteris profunditatem ex assumtis stationibus binis. Nam cognitis angulis  $ACB$  &  $AGB$ , innotescunt simul anguli  $BGC$ , &  $CBG$  (§. 24.), sieque trigonometrica latus  $GB$ , & ex hoc, adhibito angulo  $AGB$ , quoniam in A est rectus,  $AB$  inuenies.